



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione Editio
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.
Sacramenti ...

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

In Festo Cathedræ S. Petri.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

INFESTO CATHEDRÆ
S. PETRI.

Partitio.

1. Ordo rebus in omnibus necessarius, maxime Ecclesia.
2. De varia acceptatione huius nominis, Cathedra.
3. De diuersis generibus nominis eiusdem; eiusdemq; applicatione.
4. De egijs Cathedra S. Petri.
5. De festi institutione, cur & quando institutum.
6. De Monarchia necessitate.
7. De incomparabili excellentia Petri ex potestate clauium.

Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, Matth. 16.

FIGVRA.

Num. 7.

Inter mirabilia, quæ in admirabili Pontificis Aaronis olim electione contigerunt, vnum hoc Scriptura præ cæteris in Numeris & recenset & extollit; quod inter duodecas Principum duodecim tribuum Israelitarum virgas, sui quamque Principis nomine insignique notatam, & noctu simul in tabernaculo & sanctuario conclusas, vnica Aaronis virga geminavit, floruerit, & simul amygdala protulerit. Quo cœlitus testimonio illius Pontificatus Sacerdotiumque est confirmatum. Hinc etiam, vt prærogatiua hæc constaret, & rei huius adeo mirabilis memoria in futuras retro generationes propagaretur, Moyse DEVS hanc conseruare virgam, & ad perpetuam rei memoriam, magna solennitate in tabernaculo iussit collocare. Quod olim in lege Judaica figurate contingit, idem rursus, sed reuera in Ecclesia factum est. Cum enim duodecim Christi Apostoli, velut duodecim omnium tribuum & nationum orbis principes, in terra constituti essent, & suam quisque virgam, cathedram, potestatem & auctoritatem haberet; sola

Petri floruit, & supereminentiæ fructum tulit, vt hæc ratione pōtificatus eius declararetur. Atque hinc solam hanc sedem in æternum coli, in Ecclesia sua conseruari, semper ab omnibus fidelibus honorari, & ab ethnicis & barbaris timeri voluit Deus. Hæc festi hodierni materia est, de qua vt quid maiorem Dei gloriam, & altiorē cathedræ huius sanctæ exaltationem promoturum deprecamur, cœlicum imploremus auxilium, & ab intercessione Dei paræ ordiamur, magna animi demissione Angelicam recitantes salutationem.

AVE MARIA.

Quicumq; de vniuersi huius rebus & mirabilibus rerum creaturarum scripserunt, I. Totius vniuersi conseruatio à suo dependet ordine
 rissime illud asseruerunt, omnem earum honorem, decus ac pulchritudinem, quin imo integram conseruationem ab ordine, quem Creator ipse, dum eisdem primo moliretur, & suum illis esset daret, ipsis initio indiderat, dependere. Inter cæteros agnouerunt illud ipsum & poetæ, quorum vnus dicere non est veritus:

Ordine cunctarum stat gloria maxima rerum;

Ordine subuerso vertitur orbis iter.

Ex hoc testimonio, cui nihilominus omnes ad vaum scriptores in quacumque facultate: omni suffragio subscribunt; facile colligere est, quam sit omnibus in rebus ordo quidam & scita dispositio necessaria. vt enim taceam eum, quem re ipsa in rebus naturalibus in quibus omnia quam scitissime composita sunt, nemo non videt; ipsemet natura auctor eundem conseruauit, & notari videriq; ab omnibus voluit, quando res creatas omnes certo in numero, mensura & pondere produxit. vnde in Sapiente legitur. *Omnia in mensura, & numero, & pondere dispositi.*

Cui suum addēs calculum Apostolus, hoc modo Romanis scribit, quod velut indubitabile fidei & religionis esse axioma voluit, *Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt;* quasi diceret: Amate, obsecro, Neophyti Romani obedientiam, & sciatis velim, omnem omnino

omnino

homo hominem potestatibus superioribus subiici debere, neque enim vlla omnino potestas est, quæ non à Deo descendat; quin & omnia, quæ existunt, Deus ipse ita vt sunt, esse voluit, & eum illis quem habent ordinem, locum & seriem dedit.

2/4. 13.

Longo etiam ante tempore Psalmographus admirabilem hunc demiratus rerum ordinem ait, *Ordinatione tua perseverat dies.* quasi diceret: Magne Deus, quâ admirabilis es! Tu fundamenta terræ primum iecisti, & exinde semper mansit immobilis. Tu ordinem dierum constituisti, qui nunquam violatus est hæcenus, quique tua veritus iussa, per tot sæcula perseveravit nunquam interruptus, hinc omnia tuis parere non minus iussis, quam humile obsequium & cultum præstare natura sua tenentur, quoniam omnia *serviunt tibi.*

Iob. 38.

Hanc & Deus Jobo suo loquens, & iustitiæ suæ magnitudinem apud eum deprædicans, & per omnia operum suorum mirabilia eum seriatim deducens, inter cætera insignem illi vniuersi huius ordinem ob oculos ponit, & illum imprimis, qui in cælis ipsis elucet, per quem & ipsi tam suauiter impelluntur, astra suum ita ordinatim habent cursum, & stellæ tam placide procedunt. Ait igitur, *Numquid nosti ordinem cæli, & ponis rationem eius in terra?* Profundas sane & sublimes hic Jobo quæstiones proponit, vt ita hominis imbellicitem ostendat, rogatque vbinam is esset, cum terrarum orbis fundamenta poneret; quis quatuor mundi angulos dimensis sit? quis eorum quantitatem nouerit? quis abyssorum clausit catartas, & intra limites suos mare cohiberit? vbinam lateat lux? quis tenebrarum locus & habitatio? & alias innumeras. Verum omnium postremam & profundissimam de cælorum stellarumque ordine proponit, *Numquid nosti ordinem cæli?*

Quæstiones sublimes Jobo propositæ.

Inuic. 5.

Eandem ob causam, cum Sisara regis Jabim præfesto fuso prostratoque, vt in libris Judicum narratur, Debora & Bararch epinicion carmen concinerent, quo mirabilia Dei, in stellarum ordine & serie relucencia, mgais innotescerent, hæc carmini suo verba inserunt: *De cæle demicatam est contra eos: stella*

la & manentes in ordine & cursu suo aduersus Sisaram pugnaverunt.

Atque hæc de causa factum est, vt tot tamque eximia in lege Mosaiica cæremoniarum tam sedulo, exacteque obseruarentur, vt nimirum otido quidam debitus, tam in vestitu Pontificio, quam tabernaculi & templi Salomonici fabrica & constructione, vt ioties sacris notatum est litteris, seruaretur. Vestes quidem Pontificis videbis in Exodo, eleganter opere plumario & phrygionico depictas, auro interlitas, gemmis pretiosis quadruplici ordine, auro insertis, & tunica pontificiæ annexis, conuestitas, *In veste sacerdotali quatuor ordines lapidum inclusi auro erant per ordines.* In templi vero fabrica, tot in libris Regum columnas legere est, tam egregio ordine & symmetria dispositas, tot lapides ad perpendicularum, regulam & mensuram collocatos & aptatos: *Trium ordinum de lapidibus duo ordines sculpsuratum.* Totitò ordines ministrorum in templo ministrantium, *Et ordines ministrantium.* Sexuatus ergo ordo in vestium concinnatione, in fabricæ dispositione, in sculptura, aeu pictura, in ministris domus Domini, ordo denique omnibus in rebus.

Ordo igitur vbiq; necessarius est, & quidem ita necessarius, vt vbi is fuerit, perfectionem denotet, & terrena ad instar celestium dirigat & componat; verum vbi is absque est, horribili confusione cuncta perturbata sint, & chaos quoddam infernale videas. Id ipsum & è Jobo hausi, qui infernum describens, hoc illum colore ante omnia depingit, vt eum velut chaos, & locum horrois ploratusque; omnis expertem ordinis describat, *Vbi umbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.*

Ordo omnibus in rebus necessarius.

Mundus sine ordine non nisi infernus est.

Ordo in Ecclesia maxime necessarius.

Porro, si omni in re tantopere ordo requiritur, in Ecclesia sane imprimis necessarius est: hinc in Proverbiis legitur ipsa ab æterno ordinata, & ordine disposita. & in Canticis dicitur: *terribilis, ut castrorum acies ordinata.* Et Apostolus ad hunc subalternatum ordinem Romanos exhortans, ait ante omnia, vt potestatibus superioribus obediant, nulla namque potestas est, quæ non à Deo stabilita sit, & quidquid est, suum à Deo ordinem.

Ecclesiasti-
ci ordinis
figura.
Dan. 4.

sem & seriem accepit, sed in Ecclesia potissimum.
Egregium hunc ordinem vidit ænigmatice, ac velut in emblemate mystico adumbratum, Assyriorum Monarchia Nabuchodonosor: vidit inquam arborem maximam, radices ad inferos vsque, & ramos cælo tenus extendentem, in ramis eius voluere cæli, & inferne ad truncum omnigena animalia & bestia agebant. Scio ad litteram optimam regni & monarchiæ Babylonicæ regendi rationem hac arbore denotari, in qua nimirum is seruabatur ordo, vt, qui dignitatum maiorum capaces erant, sublimioribus munitis præficerentur, at bardi, afini & bestia ad inferiora reiticerentur, & ima subsellia. Tropologicè tamen beatum Ecclesiæ statum hocce spectro puto præsignatum, quæ tum floret, & legitimo in statu comparet, cum probi, digni, capaces, & numeris omnibus absoluti ad suprema munia velut aues promouentur, rerum vero omnium ignorantes, & nullius meriti viri, minoribus admouentur. Tum inquam Ecclesia splendet & luget, quando nimirum hic seruatur ordo, vt superiores & capita ratione, æquitateq; ducti motique imperent, subditi vero & inferiores magna cum humilitate & modestia iussa excipiant.

Corpus naturale sine ordine nequit consistere.

Quid, obsecro, corpus hic hominis foret, si nullus in eo seruaretur ordo: si brachia laborem, pedes motum, stomachus digestionem, sanguis per omnia membra communicationem detrectarent, si partes nobiles functiones suas peragere, facultates inferiores egerere, sensus tum exteriores tum interiores operationes suas exercere, & caput imprimis dominium & superioritatem suam seruare nolleret, non enim iam viuens corpus, sed mortua quædam statua foret. Ecclesia, auditores, ingens quoddam corpus est, teste Apostolo, in adificationem corporis Christi quod est Ecclesia. & alio loco, Et ipse est caput corporis Ecclesiæ. Et rursus, Pro corpore eius, quod est Ecclesia. Quid vero ipsa foret, si ordine careret? si in ea Doctores non docerent, Confessores non exhortarentur, Prælati non gubernarent, Sacerdotes non sacrificarent, Religiosi non orarent, plebs non obediret, & se sub-

Ephes. 4.
Co. off. 1.

Ecclesia sine hierarchia mera foret confusio.

mitteret; & imprimis si non supremum quoddam caput omnibus imperaret? Non enim Ecclesia quædam foret, sed mera Babylonia: non bene instituta monarchia, at publica confusio.

Turbarum & schismatum, quæ in synagoga Judæorum olim exstiterent Judicium tempore, vnica scribitur fuisse ratio, quod caput non esset in Israel & rector, sed singuli, prout sibi videbatur, vellent viuere, & suo se olim apud regerent iudicio: *In diebus illis, non erat rex in Israel, sed vnusquisq; quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.* Eadem confusio & dissolutio Ordo Ecclesiæ daretur, si hierarchia in eadem clisiam non haberetur. Si suum quisque sequeretur conferuaret arbitrium & voluntatem, si nullum Ecclesiæ in pace, caput, & Monarcha foret, qui absolute omnibus imperaret, & Imperij moderaretur haberet, non nisi schismata, turbines, & seditiones, bella & pugnae in eadem apparent.

Hoc vnum quippe eius inimici mortales spectant, vt mera in ea appareat confusio, nihil adeo quam egregium hunc ordinem abhorrentes. Sunt scilicet Libertini illi, & insolentes, qui tam elate exclamant, *Quis noster Dominus est?* & supremum Pastorem deestantes, vt Judæi Dei filium, ore impio & blasphemio vociferari non verentur: *Nolumus, hunc regnare super nos.* Sunt scilicet superbi illi ganeones, de quibus olim Job locutus est. *Vir vanus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri se liberum natum putat.* nullam disciplinam subire paratus, & omne excutiens iugum, fuit hoc plurimarum hæresum occasio, initium & origo, fuit grauissimarum, quarumcumque Ecclesiæ persecutio- Inuidia ordinis, quæ tanta passim toto orbe Christiano excitauit incendia. Atque hoc, quod est, causa vnum odissent caput, quod sedem Apostolicam & Petri cathedram infestam haberent, sum & per supremam eius potestatem, & summam in secutionu, omnes negantes potestatem; quam omnes hæctenus tyranni & hæresarchæ semper impugnarunt, & euertere penitus conati sunt; non secus atque illi, qui dum remp. & regnum aliquod delere ac perdere satagunt, in Principem eius ac caput vires omnes conuertunt, Ad

Inimici Ecclesiæ pacem eius odere.

Psal. 11.

Matth. 27.

Job. 21.

Inuidia ordinis, quæ tanta passim toto orbe Christiano excitauit incendia.

quæ eamdem impetiere.

Ad imitationem & exemplum Philistinorum, omnem armorum molem in vnum Saulem Regem Israel conuertentium, à quo omnem dependere victoriam non ambigebant, *Totumque pondus prælij versum est in Saul, &c.*

1. Reg. 31.

Catholici hierarchia Ecclesiasticam suspiciunt.

Econtrario Catholici optimi quique, ac veri Dei filij hunc quam maxime in Ecclesia ordinem suspiciunt, sanctam hanc hierarchiam venerantur, variosque in eadem gradus, superioritates, & dignitates, & vnum, quod his omnibus imperet caput, verum quendam primatum, supremam auctoritatem, verbo vt dicam, Cathedram quandam Petri, agnoscunt: cuius hodie festum celebramus, & cuius occasione hoc nobis Euangelium proponitur, *Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.* In illustri & tam digna materia duo vobis hodie proponere decreui: primo cathedram hanc celebrabo, deinde festi huius instituendi causas & rationes producam: ex quibus duobus membris magna haud dubie commoda in utilitatem vestram & documenta depromentur.

II. Nomen cathedra diuersimode in Scriptura accipitur. Cathedra interdum regnum denotat.

Verbum porro *Cathedra* diuersis accipi posse modis è variis S. Scripturae locis manifestum est: sæpe tantumdem denotat ac sonat, ac proinde consequenter sæpe confunditur cum hisce verbis, *sedes, solium, sella, thronus, tribunal,* & aliis, quæ omnia cum verbo *cathedra* quodammodo coincidunt, & illi Synonyma sunt. Vt enim de cæteris taceam, ipsum nomen *Cathedra*, primo quamdam tam in sacra quam ciuili repub. auctoritatem magistratû, dominij, iuris dictionis denotat; aut, vt clarius exponam, in Ecclesia præsulatum, in regnis regalitatem & coronam. Quæ omnia è sacris litteris facillimum fuerit astruere, & primum ea, quæ ad ciuilem gubernationem referuntur.

1. Reg. 20.
2. Reg. 27.

Lib. 1. Regum legitur, *Cum sedisset Rex super cathedram suam secundum consuetudinem, &c.* & lib. 2. *Dauid sedens in Cathedra sapientissimus princeps.* & in Job: *Procedebam ad portas ciuitatis, & parabam cathedram mihi.* In hisce locis *cathedra* velut regalis dignitatis aut dominij nota accipitur, atque ita suis in Moralibus interpretatur S. Gregorius. *Idi-*
Bessai tom. 3. De Sanctis.

psum & nominibus *thronus* ac *sedes* denota-
tur, vt lib. 3. Regum sublimis ille & magnificus Salomonis thronus non nisi regiam auctoritatem quamdam designabat. Quin etiam Archangelus Deiparam cõpellans, dum ait, *Dabit illi Dominus sedem Dauid;* id ipsum postea de regno exposuit dicens, *Et regni eius non erit finis.*

Luc. 1.

Non minora paucioraque sunt testimonia, quibus sacram cathedræ dignitatem notari efficiamus. in Psalmis legere est, *Et in Prælaruras cathedra seniorum laudent eum.* In nouo item testamento: *Super cathedram Moysis sederunt Scribae & Pharisei:* quæ D. Hieronymus verba plane aperteque de dignitate Episcopali Ecclesiasticoque sacerdotio cum ligandarum ac soluendarum iniquitatum hominum potestate interpretatur. Adeo vt quicumque sapientissimum principem Dauidem, & Scribas & Phariseos super Cathedram cõsidentes, & Salomonem suo in throno conspicit, vere regiam eorum dignitatem & potestatem videat: qui vero seniores in suis cathedris, & Job ante portas ciuitatis in cathedra sedentem videt, eos velut Præfules & Pontifices in Ecclesia videre se credat.

Interdum *cathedra* in factis litteris quemdam honoris gradum, & præ aliis præeminentiam prærogatiuamque designari videas; atque hoc modo apud Ecclesiasticum sumi, qui honorum fugam & contemptum suadens, dicit: *Noli quarere ab homine ducatum, neque à Rege cathedram honoris.* Eodem quoque in sensu accipiendum, quod Phariseis ambitione tumidis in Euangelio Redemptor dixisse reprehendendo legitur, *Diligitis primas cathedras,* & primum in Synagoga locum. Ad eundem etiam modum exponenda est ambitiosa matris illius pro filiis suis petitio, *Dic, vt duo filij mei sedeant, vnus ad dexteram, alter ad sinistram:* quasi diceret: Veniat quæso in in mentem consanguinitas, quæ tibi cum filiis meis est communis, vt dum ad regnum Israelis, (vti certo speramus) peruenieris, ad dextram vnum, ad sinistram tuam alterum constituere ne graueris, id est, primum in regno tuo locum, & honorem præ aliis maximum obtineant.

Cathedra interdum pro aliquo dignitatis gradu accipitur.

Ecl. 7.

Matth. 23.

Marc. 12.

Luc. 11. &

20.

Matth. 20.

Verum eadem in significatione verbum hoc clarius & proposito aptius in aula Persarum usurpatum est. Ostendere namque sacra Scriptura dum cupit honores, quibus Amanum purpuratum præ aliis regni principibus ac Satrapis affecerat Assuerus, uti ex historia Esther manifestum sit hoc locuta est modo: *Post hac Rex Assuerus exaltauit Aman, & posuit solium eius super omnes Principes quos habebat. quo loco nomen solium, quod cathedra æquipollens, non nisi maximos honores, privilegia & dona singularia, quibus à Rege maximo insolens ille & clarus ornatus erat, designat.*

Esth. 3.

Tertio, interdum & naturæ suæ conformius *Cathedram* pro docendi, & Euangelij prædicandi auctoritate potestareque accipiunt. atque hoc modo Rupertus & alij illustres Doctores id accipiunt, idque sacram Scripturam secuti, ac potissimum hunc Matthæi locum, *super Cathedram Moysis sederunt Scribae & Pharisei.* id est, Scribæ & Pharisei & legis interpretes, eandem legem eadem docuere auctoritate, qua olim Moyses. Huic etiam expositioni significationique quadrate videas supra prolatum Psalmorum locum, *Et in cathedra seniorum laudent eum:* nam per illam seniorum cathedram non nisi auctoritatem docendi in Ecclesia, qua veteres Patres & Doctores claruerunt, intelligere oportet.

Cathedra auctoritate docendi notat.

Rupert. lib. 3. in Ioan.

Matth. 23.

Psal. 106.

Non nisi seniorum est cathedram conscendere.

Apoc. 4.

Cui opinioni non minus fideliter accedo, quam libenter ex ea infero, magno sæculi nostri probro & dedecore, vosque mecum notare velim, de senioribus dumtaxat hoc loco dici, uti cathedram conscendant; ut hinc discamus, non nisi seniorum, & quidem prudentium, longoque rerum usu, experientia doctrinaque excellentium, non vero iuuenulorum vanitate inflatorum esse, cathedras occupare, ut in iis Deum laudent, & populum doceant. In cuius rei figuram, dictorumque confirmationem in Apocalypsi circumhorrendum Dei thronum viginti quatuor magna videas sedilia, sed quæ seniores, canitie venerabiles, occupent. nulli porro iuuenuli: *Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor, & super thronos viginti quatuor seniores, sederunt.* &c.

Cæterum varia hæc Cathedræ per sacras literas passim notio aliam mihi cathedræ, Quatuor in veteri Testamento à Prophetis, in nouo cathedræ per Euangelistas & Apostolos collocatarum generarum, & ea multo digniorem pluralitatem in Scripturam reducit. Et quidem noto quadruplicem. Prima & altissima cathedra est Dei. Primus hanc vidit & notauit Ezechiel: videte & notate eius verba aduersus Regem Tyri, Deo Deiq; populo aduersantem & superbe elatum, in prælagæ cuiusdam comminationis modum prolata: *Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, Dic Principi Tyri, Hæc dicit Dominus Deus, eo quod eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi, in corde maris, cum sis homo, & non Deus, &c.* Cathedram aut aliud sedile Deo assignere, nihil est aliud, quam, teste Origene Deo in Genesim, hom. 1. & super Isaiam hom. 1. sedere premi cuiusdam creatoris imperium, & maiestatem, magnitudinem, dignitatem & excellentiam, quæ soli Deo, nulli porro creaturæ conueniat, significare.

Hoc ut denotetur, variis nominibus Dei hæc cathedra per sacra volumina nominatur, variisque modis & sitibus Deus ipse sedere fingitur. Psalmista sedentem illum describit in sede, quam sanctâ esse dicit, *Deus sedet super sedem sanctam;* alias super Cherubinos, *Qui sedes super Cherubim.* Propheta Esaias vidit illum in folio excelso, cui Seraphim superstabant: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & Seraphim stabant super illud.* Ezechiel aliter eum describit, & vidisse se in throno Sapphyrino ait sedentem, *Quasi aspectus lapidis Sapphyri similitudo throni.* Ad throni huius diuini ornatum, decorem & admiranda, plura adiungit Daniel, ac vidisse se scribit Deum veluti senem quendam, alba indutum veste canitie venerabilem, solio ignito & flammiumo, infinitisque circum æcus Angelorum millibus stipato insidentem, *Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda, thronus eius flamma ignis, &c.*

Magnæ huius sedis dignitatem, decus & splendorem sublimius etiam uerbit Joannes dum

Cathedra Dei.

Ezech. 26.

Deus cur in cathedra sedere fingitur.

Psal. 46.

Psal. 97.

Esai. 6.

Ezech. 1.

Dan. 7.

Apoc. 4. *Apoc. 4.*
 Descriptio
 throni Dei.
 dum ait: *Ecce sedes posita erat in caelo, & supra
 sedem sedens, & qui sedebat similis erat aspectu
 lapidis iaspidi, & sardius. & iris erat in circuitu
 sedis, & in circuitu sedis sedilia viginquatuor, &
 de throno procedebant fulgura, & voces, & con-
 trua, septem lampades ardentes ante thronum, qui
 sunt septem spiritus Dei, &c. An non hæc insi-
 gnis & admirabilis quædam sedes: sed iam ad
 alias transeamus.*

Sedes Dia-
 boli.
 Apoc. 2.
 Sedes hære-
 ticorum
 sedes est
 diaboli.
 Psal. 1.
 Super Esaiã
 24. super
 Psal. 1. &
 Apoc. hom.
 12.

Secunda sedes, quæ in sacris voluminibus
 describitur, sedes est diaboli: arque huius
 meminit sua in Apocalypsi Joannes, scio, ubi
 habitus, ubi sedes est Sathana. Sedes, inquam
 abominanda, sedes peccati, sedes mendacij
 & blasphemiarum, sedes denique hæresum. At
 quæ variis vocatur nominibus, & diuersimo-
 de in Scriptura depingitur. Psaltes suo eam
 tempore sedes vocabat pestilentiarum, ac bea-
 tos prædicabat eos, qui in eadem non se-
 disissent: *Beatus, inquit, vir, qui non abiit in
 consilio impiorum, & in via peccatorum non
 stetit, & in Cathedra pestilentiarum non sedit.*
 Quod plerique Patrum de noxiis hæretico-
 rum dogmatibus, quæ reuera pestilentia sunt
 & contagiosa, exponunt. Ita sanctus Basilius
 hoc loco, Clemens Alexandrinus libr. 2.
 Stromaton, S. Hilarius hoc loco, S. Hierony-
 mus, sanctus Augustinus, & alij interpretes
 huius loci.

Idem Propheta scelestam hanc sedem ali-
 ter etiam describit, nominatq; sedem iniqui-
 tatis & abominationis: *Numquid adharat tibi
 sedes iniquitatis? Huius imago & figura fuit
 thronus Pharaonis, scriptum quippe in Exo-
 do, filium eius in eodem confidentem, ab
 Angelo illo exterminatore, qui vniuersos per
 Ægyptum primogenitos nocte vna interfecit,
 percussum interiisse. Audite verba ge-
 nuina: Factum est autem in noctis medio, per-
 cussit Dominus omne primogenitum in terra Æ-
 gypti, à primogenito Pharaonis, qui in solio
 eius sedebat. Sane, sicut thronus Pharaonis,
 & solium Regis Ægypti, mortem principi-
 bus attulit, & vindictæ diuinæ & angelis in-
 stititæ eius ministris & executoribus pa-
 tuit, ita & sedes hæc diaboli, & insolens hære-
 seos thronus animabus exitium creat & per-
 niciem, diuinæque castigationi & fla-
 gellis obnoxius est, quin etiam sæpe tem-*

poralem magistratum vindictam in se pro-
 uocat.

In Apocalypsi bestiarum sedem depingens
 Joannes, inter cætera ait: *Et quintus Angelus
 iratus effudit phialam suam super sedem bestiarum,
 & factum est regnum eius tenebrosissimum; be-
 stiarum autem cultores furore rabidi, manduca-
 uerunt linguas suas pro dolore, & blasphemaue-
 runt Deum cæli.* Compertum & indubita-
 rum penitus mihi est, terra & abominabili hæreseos
 ac bestiarum ferocis & monstrosæ sede iam collata cū
 tum execrandum scelestæ hæreseos cathedra
 designatam esse. Vbi enim omnes ira-
 ritum & vindictarum diuinarum phialæ in
 eam effusæ fuerint, regnum eius ilico pe-
 nitus obtenebrescit, inuolurum erroribus,
 ignorantissimisque plenum, iustaque cæli vindi-
 ctæ fieri videmus, vt quotquot hanc bestiam
 adorant, & eius sedi appropinquant, præ do-
 lore & rabie efferalescant, adeo, vt suas sibi lin-
 guas euellant, continuoque in Deum cæli,
 & Ecclesiæ eius Sanctos blasphemias horren-
 das euomant.

Sapiens in prouerbis lasciuam quamdam
 & pellacem describens ad viuum mulierem
 tam scite intus & in cute eam depingit, vt, ni-
 si in hæreseos id probum cederet, eam ipse
 describere præ verecundia vererer. Ita porro
 eam describit: *Mulier stulta & clamosa plenaq;
 illecebris, & nihil omnino sciens, sedet in foribus
 domus sue super cellam in excelsis vrbis loco, vt
 vocaret transeuntes per viam, & soli recordi
 locuta est. cui nimirum animus ad alium quid
 suscipiendum deest. Vestrum huc iudicium,
 Auditores aduoco. An non hic vere hære-
 sis & sedes illius delineata est: an non enim
 hæresis metrix est & lasciuia: sed stulta ni-
 hilominus & clamosa, stulta inquam suis in
 dogmatibus, & clamosa in concionibus; ple-
 na item illecebris, pellacis, illicis, cum non
 nisi mellitis dulcibusque verbis, sermonibus
 mollibus, voluptatum oblationibus, liber-
 tarum laxamentis & sponsonibus, & aliis
 incantationum modis in fraudem, ac ruinam
 pertrahere animas satagat: scæmina adhæc
 plena ignorantia, nihilque penitus sciens: plena
 nihil quippe ministris & seminiverbis fingi
 stupidius, ignorantius, brutum magis ac bar-
 dum haberi potest.*

Aeproinde nullo ad se, præterquam trās-
 enantes, erroneos, vagabundos, & nullius ee-
 rebri homunciones, excucullatos aliquot
 hanc inde monachos, Sacerdotes dissolu-
 tos & infames, aliosque eiusdem farinae ad
 se allicit. Denique non alios alloquitur,
 quam idiotas & rerum ignaros, vt eos in
 fraudem pertrahat incautos, & recordes, vt
 illos decipiat, & gulones ganeonesque liber-
 tatem sectantes, vt eos in casses suos allicit.
 At nobiles, generosa & sublimes animæ, quæ
 iudicio valent, & rem peispiciunt, denique
 omnes, quibus vel mica salis, iudicij, meriti,
 decipi inescarique se venenatis pellicis hu-
 ius meretriculæ laqueis retibusque non si-
 nunt.

Ingenia in-
 signia ab
 hæresi non
 se sinunt
 decipi.

1. Reg. 5.

Sedilia hæ-
 reticorum
 similia se-
 dibus Phi-
 listinorum
 pellibus
 mollibus
 conuestitis.

Cum sedes illas pelliceas, quas in mor-
 borum suorum occultorum leuamentum
 construxere Philistæi, de quibus primus Re-
 gum meminit liber, attentius mecum exa-
 mino: (*Inieruntq; Gethai consiliū, & fecerunt
 sibi edes pellicenas*) illico menti se offerunt de-
 licata illa ac infarta sedilia hæreticorum
 nostrorum: vt enim infirmitatibus ac mor-
 bis succurrant, vt libidinem foueant, suæ li-
 bertatem vitæ non violent, & occultas tur-
 pitudines alant ac nutriant, sedilia eorum ad
 instar Philistinorum, suauibus mollibusque
 adeo verbis, sermonibus gratis plausibili-
 busque, vita lasciuia ac placida leuiter suf-
 farta sunt, nihil vt sit, quod conscientiam
 torqueat, nihil quod lædar corpus, nihil
 quod voluptatibus obstaculo sit, nulla au-
 & oritit, nulla pœnitentiæ apud eos men-
 tio, confessio, quadragesima ab ipsis exulat,
 via salutis adeo plana illis & facilis, peccato-
 rum condonatio leui negotio comparanda,
 Dei denique misericordia omnibus com-
 munis & patens. Hem quam suaves molles-
 que pelliculæ; ô læuis infartura! ô incundæ
 ac delicatæ cathedræ! Sed rem cœptam pro-
 sequamur.

Cathedra
 Moysi.
 Matth. 23.

Rupert. 3. su-
 per Ioan.

Tertia, quæ in factis litteris describitur
 sedes, est cathedra Moysi, cuius Redemptor
 ipse in Euangelio meminit, dum ait, *super ca-
 thedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei.*
 Hæc porro cathedra, vt quidem Rupertus
 ait, legis doctrinam designabat: atque vt in
 Euangelium mutata lex est, in gratiam xi-

gor, in rem ipsam ymbra, in veritatem figu-
 ra, in vera mysteria ipsæ cæremonia tranfie-
 re, ita quoque cathedra hæc in Cathedram
 Petri commigravit. Præsignatum hoc fuit in
 sella Pontificis Heli, qui retrosum de sella
 sua lapsus fractis ceruicibus ilico expirauit,
 decrepitus enim erat & prouectæ ætatis, vt
 in primo Regum libro legere est. Præsigni-
 ficabat hoc ac faustum velut omen fuit &
 augurium, Sacerdotij Iudaici honorem &
 decus iam veterascens ac velut putidum,
 breui finiendum, & Jesu Christi summi Pon-
 tificis sacerdotium eius in locum surrogan-
 dum.

1. Reg. 4.

Cuius rei vetus quidem, pulchra nihilo-
 minus in libro Esther figura memoratur. A-
 man quod apud Regem Persarum Assuerum
 insolentius se gessisset, & aduersus caput re-
 gum conspirasset, ad summam ignominiam
 decidit, omnibus quas nactus erat dignitatib.
 exutus; humilis vero Mardocheus ob fidum
 & dignum Regi exhibitum obsequium, e-
 ius in locum & dignitatem summo cum ho-
 note subrogatur: *Tuliz itaq; Rex annulum,
 quem ab Aman recipiussert, & tradidit Mar-
 docheo.* Ita Pontifex ille superbus Caiphas,
 cum in Synagoga rebus insolensceret, & ar-
 roganter se gereret, & in Regis, Messia, ac
 Dei sui necem coniurasset, honoribus suis
 excidit, in ordinem redactus; & humilis è
 contra Petrus eius loco est exaltatus. Prædi-
 xerat hoc apud Matthæum Redemptor: *Au-
 feratur à vobis regnum Dei, & dabitur genti fa-
 cienti fructus eius, &c.*

Esth. 7.
 Præsignium
 finiendi sa-
 cerdotij Iudaici.

Matth. 21.

Denique quarta & vltima cathedra occur-
 rit, ipsa S. Petri, Mosaica succedens, quæ ea-
 dem plane est cum cathedra Redemptoris.
 Hæc illa est cathedra in qua docetur veritas,
 Hæc illa est cathedra in qua docetur veritas, Elogia Ca-
 iugulatur mendacium, hæc est, in qua iam
 mille sexcentorum annorum spatio ducenti
 quadraginta & amplius sederunt Pontifices,
 hæc sedes Apostolica, quæ tot pestilentia &
 noxia dogmata falsitatis, imposturæ & hære-
 seos condemnauit. Hæc illa sedes est deniq;
 quæ toties omnia orbis tribunalia & confes-
 sus, omnes Christianitatis nationes in gene-
 ralia illa parlamenta, quæ Concilia appella-
 mus, coegit.

IV.
 Cathedra
 S. Petri.
 Elogia Ca-
 thedræ S.
 Petri.

Hæc regia illa est sedes, quam tyranni po-
 ten-

tentissimi semper timuerunt, & Reges maxi-
mi sunt venerati. hæc est cathedra, cuius au-
ditores homines sunt & Angeli, quæ omnes
quos sol aspicit populi consulunt, quæque
omnibus prouinciis utroque sub axe positis
leges fert & decreta. Hæc est illa potens &
triumphans cathedra, quæ infidelibus terror,
Christianis refugium, & armamentarium,
peccantibus flagellum, afflictis solatium,
pœnitentibus spes, diabolis denique formi-
do est.

Hæc est alta & inexpugnabilis illa cathedra,
quæ iam mille sexcentis sterit annis, &
ad finem vsque seculorum intacta perman-
bit, sedes, inquam, in petra impenetrabili
fundata, Et super hanc petram edificabo Ecce-
lesiam meam. Hæc denique cathedra est, à qua
cenfuræ & excommunicationes Ecclesiastica-
cæ velut fulgura & tela ignea emicantia pro-
cedunt. In cuius rei signum dicuntur in Apo-
calypsi de throno fulgura, & voces, & tonitrua
processisse, fulgura tonitruaque terrorem, vo-
ces consolationem immittunt: quo mysterio
docemur, ab hac Petri sede, quæ verus Ecce-
lesiæ thronus est, interdum peccatoribus per
excommunicationum fulmina terrorem in-
curi; interdum quoque consolationem per
absolutionum voces illis dari. Hanc ergo Pe-
tri cathedram vniuersus hodie Christianus
orbis exaltat, & festo instituto celebrem ha-
bet: cuius si rei causas scire velitis, eas iam
prosequar: est quippe altera propoliti insti-
tuti pars & membrum.

Math. 16.

Apoc. 4.

Figura.

V.
Prima festi-
hæus cau-
sa.

VI.
Monarchi-
ca regendi-
ratio in fide
& ratione

Prima igitur instituendi & celebrandi fe-
sti huius causa est, vt hac ratione. Ecclesiæ
auctoritatem, & ordinem eius hierarchicum,
& primatus eiusdem supremi dignitatem or-
be vniuerso fideles tuerentur & conseruarent.
Quod primum in petra fidei & legum natu-
ræ infallibilitate & certitudine fundatum
est. Quicumque enim monarchicum Ecce-
lesiæ statum euertere, & abolere conatur, nã
hic eadem opera non modo fidem ipsam, sed
& rationem omnem naturalem impugnat.
Hic namque ordo, & nobiles hæc regendi
ratio qua nimirum vnum alteri subalternum
est, & plurima vnus legibus & imperio ce-
gantur, in omni rerum creaturarum statu dari
& ratione inueniri que potest. Inter animalia siquidem

rationis expertia principes quosdam impe-
rare videas; Regem habent formicæ, volati-
libus præest aquila, quadrupedibus Rex est
leo, serpentium crocodilus caput; piseium
delphinus. Quin & Angelici exercitus vnus
capitis ductum directionemque sequuntur,
ita namque in sancti Michaeli. honorem ca-
nit Ecclesia, Michael princeps militia celestis ex-
ercitus.

Ordo hic homini a deo naturalis & essen-
tialis est, vt etiam in primi- rerum incuna-
bulis, & in statu innocentie primatus qui-
dam & dominium inter homines fuisse: te-
stem huiusce sententiæ habet Doctorem
Angel cum Thomam, qui multis id adstruit,
primatia autem rei huius ratio est, quod
cum homo natura sit animal sociale, & crea-
tus, vt in tali statu in societate viuat; socie-
tas autem consistere sine capite aliquo, quod
scilicet commune & publicum procuret bo-
num, nequeat, haud dubie in primo illo sa-
culo aureo, & in statu innocentie imperiis &
dominatis opus fuisset, id est, imperare a-
liquos & præesse oportuisset.

Hæc mihi ratio summopere placet; è qua Rationes
hæc elicio consequentias. Primo, si capitis quib. ordo
alicuius primatus, & superioritatis tituli, primarius
vna cum mundi principio simul existere ce-
perunt, cur mundo non desinente illi desine-
rent? cur mundo stante, non simul stent illi?
Secundo, si in statu perfectionis, qualis erat
status ipse innocentie, necesse fuisset princi-
patum reperiri, multo potius in statu corru-
ptionis superioris alicuius imperium & au-
toritatem summam locum habere par est.
Tertio, si in paradiso terrestri, in quo pri-
mum cepit Ecclesia, & nisi per peccatum
stetisset, semper vltèrius ab omni persecutio-
ne immunis, à rebellionibus libera, ac sine
vilo hæresum periculo; progressa esset, hie-
rarchia & monarchia aliqua stabilenda fuisset;
an non potius, & maiori iure in eadem
iam mediis in afflictionibus constitutam,
tempestantibus & procellis vndiquaque con-
cussam, hinc ex orientibus schismatis, illinc
pulsante hæreticorum tyrannide, eadem in-
ducenda?

Secunda; Põterat Deus aut per se, aut An-
gelorum ministerio homines regere, & in homines ab
diui-

naturali
fundata.
Animalia
ordinem
monarchi-
cum agao-
scunt.
Angelorũ
monarchia.

In statu in-
nocentie
fuisse pri-
matus.

1. p. 96. a.

4.

in Ecclesia
astruitur.

hominibus
digni.

Gen. 2.

Magna ho-
minis di-
gnitas ho-
mini impe-
rare.

Act. 9.

Luc. 17.

Cap. 19.

Historia
quæ docet
hominibus
regendos.

diuinorum decretorum & legum iugo eodem continere: at noluit, sed homines homini subire maluit, dando iis caput, quod eiusdem sit cum iis naturæ, gubernatorem, qui eodem sit natus climate, & superiorem suis ortu naturæque patrem. In quo egregia hominis dignitas & perfectio perspicitur, & quo quam proxime ad Dei sui imaginem accedit. Vbi primum hominem condere decreuit Deus, ait: *Fa iamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, ut præsit volatilibus cali, & bestiis terre.* Si quid vero diuinitatis, & in quo creatori similis sit, homo habere, credatur, quod volueribus animantibusque dominatur: quanto maius diuinitatis indicium erit in homines dominari, eisque præesse & imperare?

Hanc ob causam crediderim sanctum Paulum, etsi ad usque diuinitatis thronum raptus fuisset, & multa polleret scientia, ad Ananiam discipulum cœlitus destinari, ut ab eo quid facere se oporteret, disceret, eius iussis pareret, & voluntati eius monitisque se subderet: *Surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.* Quin & in Euangelio dudum ante Redemptor hominum Christus leprolos ad sacerdotes destinatus, dicens: *Ite, ostendite vos Sacerdotibus;* se quodammodo honore, qui hac è purgatione & miraculo resultabat, priuare cupiens, quo is ad homines deriuaretur.

Egregia è Prato spiritali Sophronii, qui in Concilio Nicæno liber approbatus est, hoc confirmabit historia. Sacerdos vitæ simplicitate conspicuus, sacra celebrans, verba parum catholica, sed orthodoxæ fidei aduersantia proferebat. Sæpe illum huiusce rei commonuit Diaconus celebranti adstantis; sed ordinaria Angelorum, quo inter celebrandum conspiciebat, visione nixus, probe mouentem negligens, suo in errore permansit: donec importunitati monitoris cedens, eumque sequens; Angelos compellauit, de eis que conquestus, quod eum errare cernentes, non correxissent, sed assidua præsentia quodammodo in errore confirmassent. Sed hanc à se culpam remouentes Angeli, palam dixerunt: *Ita Deus disposuit, ut homines corrigantur, & homo ab homine discat*

& gubernetur, nec putet propter Angelicam uisionem se hominis doctrina non indigere. Quæ admodum hac ex historia manifestum sit, quo hominem Deus honore affecerit, ut vni in alterum imperium & potestatem dederit; ita quoque colligi hinc potest, quam sit hæc dignitas & perfectio in statu Ecclesiastico, cuius gubernandi ratio monarchica sit oportet, necessaria, quantique referat.

Tertia & vltima sit hæc probatio. Inter omnia dominia, magisteria, superioritates ac gubernandi rationes ea & nobilissima & omnium habetur perfectissima, in qua supremus aliquis conspicitur princeps, quæque ad rerum naturalium gubernationem quam proxime accedit, in quibus scilicet, & circa quas quædam ad primam causam & simplicissimam essentiam, à qua status, gubernatio & motus cæterorum dependet, analysis & reductio datur. Atque hanc ob causam huiusmodi eam in Ecclesia sua stabilire debuit Redemptor: & quidem eo magis, suæque sapientiæ accommodatus: quod Iudaicarum figurarum tempore eamdem gubernandi regendique rationem in Synagogam induerit, summum in ea & absolutum sacerdotem, cum plena & absoluta de omnibus iudicandi potestate constituens.

Quin & Christus, qui humilibus simplicibusque parabolis sublimia sua dogmata sæpe proposuit, sapenúmero Ecclesiæ suæ statum rebus monarchico imperio regi solitis assimilauit. Modo namque exercitui, sæpe cui vnus castrorum præfectus præest; modo parauit rebus regno, in quo non nisi vnus regit, alias nauim, cui vnus nauarchus imperat; alias vineæ, ce regi solique non nisi vnum habet patrem familias & dominum, interdum quoque causæ, quæ vnum pastorem agnoscit, dicens: *Vnus pastor, & vnum ouile.* & hodierna die cathedræ, in qua non nisi vnus doctor, id est, S. Petrus, confidet, cui soli dictum fuit, *Pasce agnos meos, pasce oues meas;* id est, pasce & refice pabulo spiritali, doctrina, documentis, agnos simul & oues, id est, paruos iuxta ac magnos, populos & regna, fideles, reges & Episcopos. Sed ad causas nostras redeamus.

Monarchicum omnium est perfectissimum.

Synagoga ad monarchicum imperium redacta.

Christus Ecclesiam parauit rebus monarchicis.

Ioan. 16.

Secunda
causa festi
huius insti-
tuendi.

Secunda instituendi festi huius causa ad S. Petri, qui totius Ecclesiæ caput est, honorem, & exaltationem refertur. Mos in aulis Principum obtinet, ut qui ab illis ad amplissimos honores euehitur, & ad primam dignitatem sublimatur, ab omnibus regnicolis vicissim honoretur. Figuram rei huius dabit Genesis. Volens Pharao Iosephum virum sapientissimum & Deo apprime charum exaltare & euehere, ait: *Tu eris super domum meam, & ad tuum imperium cunctus populus obediet.* simul quoque sigillum, quo literæ regni ob signari solebant, in datæ auctoritatis & potestatis signum, illi in manus dedit: quo viso omnes eum Ægyptii toto regno diffusim colere & reuereri cœperunt. Eodem plane modo Iesus Christus, Regum Rex, sanctum Petrum, Deo dilectissimum ad summos honores extulit, eumque suæ domus, id est, Ecclesiæ, æconomum, & præpositum constituit, huius illi curam administrationemque concedidit, suum illum vicarium creauit, cœli ianitorem, & totius vniuersi principem esse voluit, iuxta communem illam omnium promotionem, *Constituit eos principes super omnem terram.* Hinc officii nostri est, nostri inquam, qui Dei filii sumus, & partium nostrarum, in terra eum colere, & singulari officio cultuque prosequi.

S. Greg. ad
Mauritium
Imp.
Egregium
S. Petri clo-
gium è S.
Gregorio.

Monuit id ipsum & olim Magnus Pontifex Gregorius Mauritio Imp. scribens, eumque ad honorem Petri successoribus exhibendum exhortans: *Dignum est, inquit, ut vestra sanctitas & pietas honorare dignetur illos, quibus suo loco Deus honorem tribuit, & Angelos aut Deos appellat, & signanter beatum Petrum, quem constituit Dominus super omnes principes dignissimum principem, sicut hodie canit Ecclesiæ, Tu es pastor ouium, princeps Apostolorum, tibi tradidit Deus omnia regna mundi, &c.*

Et sane mirifice & imprimis coli laudarique S. Petrus debet & meretur, utpote cui post Redemptorem Christum similem terra non vidit. De Ioanne Baptista dixit quidem olim Seruator, *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista;* non tamen is honores, dignitates, cæterasque prærogatiuas habuit, quæ S. Petrum admirabilem reddidere; quales sunt aquis inambulare, ymbra mor-

Matth. 11.
S. Petrus di-
gnior Ioan-
ne Baptista.

bos pellerere, nauem in altum ducere, ad diuinitatis abdita penetrare, cœli clauis gestare, principem esse Apostolorum totius Ecclesiæ caput, Dei denique filii in terris vicarium. Cui enim pares vniquam in mundo honores ac tituli obtigerunt?

Magna haud dubie beati Petri est dignitas, & honorari præ cæteris ipse meretur, cum Christo per eandem Christo Domino assimiletur. par in die De Redemptore dixit olim Archangelus *Dabit illi Dominus sedem, eumdem thronum regium, eandem auctoritatem, & primam potestatem deinde in Petrum transtulit.* Ad quam magnus Gregorius alludens, & Psalmistæ verba vsurpans exclamatur: *Ideo merito exaltent eum in Ecclesiâ plebes, in cathedra seniorum laudent eum, &c.*

Prophetæ quoque, & Isaias imprimis Messisæ futuri, Iesu Christi inquam, honores & prærogatiuas exaggerans, ita Dei patris nomine ipsum affatur, *Dabo clauem domus David super humerum eius, & claudet, & non erit qui aperiat aperiet, & non erit qui claudat.* Petro vero hodie dicitur, *Tibi dabo clauem regni cœlorum, & quodcumque ligaueris super terram, &c.* Ingens sane dignitas, & honor hominis eximius est, & inter homines solius Petri, ut cœli gestet clauis, aperiat & claudat, quoties & cui voluerit, & de portis illis æternis, per liberit, disponat.

Si omnis Ægyptus, & omnis adeo postmodum terrarum orbis Iosephi fortunam ita est demiratus, quem humilem & plebeium ad summum honorum apicem Pharao Rex euexit, vicarium suum generalem constituit, cui regium annulum, & horreorum regiorum curam concedidit; quanto potius sanctum Petrum Christiani omnes obstupescant & suspiciant, quem à Rege Regum, & vni genito Dei filio, Ecclesiæ suæ vicarium ac præpositum constitutum, regium ad dimittenda peccata, gratias distribuendas, obtinuisse annulum, regniq; cœlestis clauis vident accepisse, quæ homo Deus factus esset, & regni cœlorum ab hominibus collatio de- penderet?

Propheta Daniel Nabuchodonosoris Babylonii magnitudinem & potentiam apud filium eius deprædicans, hisce vtitur verbis:

S. Petrus:
& honorari præ
cæteris ipse
meretur, cum
Christo per
eandem Christo
Domino assimiletur.
par in die
De Redemptore
dixit olim
Archangelus
Dabit illi
Dominus
sedem, eumdem
thronum regium,
eandem
auctoritatem,
& primam
potestatem
deinde in
Petrum
transtulit.
Ad quam
magnus
Gregorius
alludens,
& Psalmistæ
verba vsurpans
exclamatur:
Ideo merito
exaltent
eum in
Ecclesiâ
plebes,
in cathedra
seniorum
laudent
eum, &c.

Ad Maurit.
Imp.

(Isai. 22.)

Magnus
Petri ho-
nos, esse
cœli clau-
gerum.

Gen. 41.

Petri digni-
tas collata
dignitati
Iosephi.

Dan. 5.

Deus

Dan. 5.

Deus altissimus regnum & magnificentiam, gloriam & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo, quos volebat, exaltabat; & quos volebat, humiliabat. Si Diuo Petro hicce panegyricus recitaretur, illustrior haud dubie & verior foret. In ipso quippe singula eius membra reperire est, quæ proinde omnis terrarum orbis obstupescat, huic enim idem Deus Regnum dedit, sed æternum, aduersus quod portæ inferi non præualebunt, Magnificentiam quoque & splendorem, eoque enim maior illustriorque fingi cogitative potest, quam Ecclesiæ, cuius Princeps Petrus est constitutus, mysteriorum, inquam, magnitudo, Sacerdotii potentia, Sacramentorum mirabilia, & cæremoniarum varietas? &c.

Honor Petro datus.

Honorem item & Gloriam; gloriam in cælo, & honorem in terris; honorem, inquam, quod aquis inambularit, mortuos ad vitam reuocavit, Apostolorum collegio præfuerit, à Christo Beatus sit dictus, regniq; celestis claus accepit, quam insignis in his omnibus honor elucet? Quos volebat, exaltabat. Cælos scilicet aperire, & claudere, purgatorium euacuare, & tartarum vincire, sanctos inuocandos decernere, & hæreses condemnare; sanctum Matthiam euehere, & Simonem magum deicere; an non libertatis ac voluntatis signa, & purum sancti Petri velle sunt?

Psal. 8.

Hominis in eo dignitas & prærogatiua non parum elucet, quod illius potestati dominioque creator iam inde ab initio creata omnia subiecerit, quod admiratus Psaltes exclamat, Quid est homo quod memor es eius? gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues uniuersas, &c. At maior longe est honor & admirabilior à Rege Regum in sanctum Petrum collatus. Quem cum Redemptor gloria & honore coronasset, & omnigena benedictione, & mirabilibus variis exornasset, omnium illi creaturarum dominium concedit, supremum rerum suarum æconomum ac dispensatorem constituit, & in omnes imperium, auctoritatem, potestatemque est elargitus; in corpus nimirum & san-

Christus omnium creaturarum dominium Petro contulit.

guinem suum in consecratione, in merita & thesauros Ecclesiæ, in indulgentiis, in delictorum remissionē Ecclesiæ suæ Sacramentis; omnia deniq; subiecit sub pedibus eius; non bestias, non aues; sed homines, sed fideles, sed dæmones, sed Angelos, quem sibi honorem & collega eius Paulus ascribit, de eoque gloriatur, Nescitis quoniam Angelos iudicabimus, 1. Cor. 6. quanto magis secularia?

Ioseph Patriarcha de felici rerum suarum successu gloriatur, & quantum hero suo Putifari deberet, agnoscens, ait: Ecce Dominus Gen. 39. meus omnibus mihi traditus; ignorat quid habet in domo sua; nec quidquam est, quod in mea non sit potestate. quali diceret: Mene quis in orbe viuuit felicior? melioremne quam ego magistrum quis nactus? ecce Dominus omnium rerum suarum cura mihi concredita, quid domi suæ sit, vix compertum habet; adeo me colit & diligit, nihil planè ut possideat, quod non meæ commiserit fidei. Maiori sane cum ratione suam Petrus deprædicare Quidquid sortem poterit, & de honore & affectu, quo in Ecclesia eum Iesus Christus Dominus eius semper est, Petri est prosecutus, gloriandi potiorem rationē est. habet: nihil siquidem in Ecclesiæ domo possidet, quod non illius in manus tradiderit, & potestati subiecerit, vti sunt, dæmonia pellere, animas saluare; Euangelium annunciare, Sacramenta administrare, peccata condonare, miracula patrare, &c. An non eximus hic honor, & magna prosperitas?

Diædum olim à Deo Ieremias Propheta, quod non parum ad eius honorem facit: Ecce constitui te super gentes & regna, ut euellas & lerem. 1. distipes, adifices & plants. Idem, sed longe maiori cum gloria postea sancto Petro dictum fuit: Orbis quippe Redemptor cum S. Petrus potentibus & regnis præfecit, & ligandi soluentisque peccata, idola, hæreses euellendæ, & dissipandi auctoritatem ac potestatem dedit; potestatem item veritatis, si plantandi dei, Euangelii, virtutum, crucis poenitentia edificandæ & plantandæ. Quodque olim Dei filio dictum, Da o tibi Psal. 2. gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terra, idem illius Vicario Petro collatum est, quando illi simul & aliis Apostolis Redemptor ad Patrem abiturus ait,

Sicut

Ioan. 19.

Sicut misit me Pater, & ego mitto vos; eadem auctoritate, potestate, eodem cum iure, eisdem cum mandatis, eodem cum honore & gloria. Sed in causis nostris pergamus, & cœpta prosequamur.

3. Causa festi huius.

Cathedra & claves symbola sunt auctoritatis & potestatis.

Tertia celebrandi huius festi causa fuit, ut hac ratione sancti Petri auctoritas & magistratus declararetur & magnificaretur, qui interdum clauibus, interdum etiam cathedra exprimi solet. Audiens ergo Petrum cathedram habere, & claves gestare, hinc colligas licet, datam illi & docendi auctoritatem, & Ecclesiæ regendæ imperandique potestatem. Si sedem habet & thronum Pontificium, eius est ea quæ fidei sunt decernere, Scripturas interpretari, hæreses proclamare, inter lepram & lepram discernere; si claves manu gestet, ei incumbit aperire & claudere, ligare & soluere, excommunicationis fulmina eiaculari, leges & statuta condere, populi vero eum colere & obedientiam præstare.

Ecclesiæ claves humero gestæ, non pedibus subiiciendæ.

Isaia 21.

Isaia 5.

Omnis qui clauibus Ecclesiæ ab utitur, Petri successor non est.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

Præsul clauibus Ecclesiæ ab utens, non cœli, sed tartari claves portat.

magna, & obscuratus est sol, &c. Magnæ huic stellæ comparemus licet præfulem male præfidentem; qui toties cœlo cadit in præceps, quoties suo male fungitur munere: clauem tum putei abyssi habet, quando auctoritas & potestas eius ad avaritiam & ambitionem (quæ veræ sunt voragine putei, & abyssi) dumtaxat respiciunt. Inde porro fumus velut à vassa fornace ascendit, infamia inquam intolerabilis, maxima scandala, exempla noxia, & fama sinistra, quæ aerem & solem, id est, dignitatum Ecclesiasticarum decus offuscat & inficit, viros probos turbat, iisque non exiguum molestiam affert & dolorem.

VII.

Aliud hisce in clauibus noto, nimirum solas claves regni cœlorum, non vero regni terreni sancto Petro datas, tibi dabo claves regni cœlorum. Magnum hic latet mysterium è quo disco, eos qui in Ecclesia præfident, honores & vanitates consecrari terrenas minime debere, idque ad imitationem Redemptoris, qui à Pilato interrogatus, Rex es tu? ingenuè respondit, Regnum meum non est de hoc mundo, Matth. 29. quin & vrgentibus Pharisæis, liceretne censuram dare Cæsari? respondit, Reddito quæ sunt Cæsari, Cæsari. Denique, quamdiu inter mortales egit ut summus Pontifex, non nisi spineam tiaram in crucis arbore, inque ultimo vitæ articulo gestare voluit.

Claves regni cœlorum Petro datæ, non terræ.

Matth. 22.

Prodit se hic & aliud mysterium quod non inferni, sed cœli claves S. Petro sint traditæ: ut hinc discamus, nisi quid iudicans fallor, Ecclesiam non infernalis abyssi, sed regni cœlorum claves habere; Tibi dabo claves regni cœlorum: Cuius rei hæc est ratio: eo quod inferni clavis inferorum potestas quædam sit tartaro datæ non referandi & obserandi, in bonam hoc sinenempe partem accipiendo: non quod referatur, ut in eum homo deturberetur, sed potius, ut inde emergat; obseratur vero, ut cum semel inde egressus fuerit, nunquam dein eodem redeat. Hoc porro per gratiam fit, quam Ecclesia reuera, realiter & ipso effectu, Ecclesia non confert, etsi exterius ministerialiter, ut quidam Scholastici Doctores loquuntur, confectiue pereretur & allaboret; nam solus Deus eam confert, iuxta id Psalmographi, gratiam & gloriam dabit Dominus, &c.

Cur claves cœlorum: Pe-

Ecclesia gratiam non confert effectiue.

Psal. 83.

Apoc. 9.

In signem rei huius figuram suggerit Apocalypsis, in qua lego; Stella magna cecidit de cœlo, & data est illi clavis putei abyssi, & aperuit puteum, & ascendit fumus sicut fornacis.

Bessai tom. 3. de Sanctis.

P

So-

Deus solus claves inferorum habet. *Apoc. 1.*
 Solus ergo Deus inferorum claves & seras gestat, qui hoc se nomine in Apocalypsi comédât, *Viuo ego & fui mortuus, & habeo claves mortis, & inferni.* Numquam Ecclesia, aut creatura aliqua hîcse vti verbis potuit, vti nec potestatem arrogare sibi potest, quam sibi soli assumit Redemptor, dicens: *Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra,* inter Angelos nempe & homines, in spiritualia inquam & temporalia.

Quam porro artificiose hæ sunt claves, quot in se concludunt mirabilia; quam novos mihi conceptus suggerunt, cum numero multitudinis eas S. Petro à Salvatore dati audio: *Tibi dabo claves, & non clauem.* E duabus hîcse clauibus videlicet colligere est, duplicem Ecclesiæ autoritatem esse, & duplicem potestatem, vnam ordinis, alteram iurisdictionis: hanc solis Episcopis referuaram, illam omnibus communem presbyteris. Atque vt olim in summi Sacerdotis pectore legébantur duæ hæ voces, *Doctrina & veritas*, ita & in Pontificis Maximi Ecclesiæ manu duas reperire est claves, iurisdictionis videlicet & ordinis.

Sed nondum hic subsistimus. Offerunt se nempe & alia his clauibus mirabilia. Ad quid enim Petro putatis Dominum non dixisse, *Tibi dabo claves meas*, sed in genere, *dabo claves regni caelorum.* Equidem mysterio illud minime carere arbitror, sed data opera & studio ita Redemptorem locutum esse: vt ostenderet nimirum, Sacerdotum & Episcoporum potestatem patrem non esse: clauis namque Christi clauis pastorum ministrorumque Ecclesiæ longe est excellentior ac dignior. Primo quod ipse Christus regnum caeleste, quod vniuersa hæctenus clausum erat hominum naturæ, referarit: Sacerdotes vero & Præsules huic quidem & illi singillatim gratiam aliquam præstent, vt caelos ingrediatur, sed non omnibus simul hominibus, nec vniuersa naturæ, humanæ quod sane diuinum quid & eminens est, & soli Christo, nulli alteri conuenit, iuxta id, *Aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit.*

Secundo, quod delictorum remissio vere dispensatio à Christo in forma meriti dependet; hinc res sunt bonæ gratiam & absolutionem delictorum

ipsi accipimus, aliquid Iesu Christi, id est, ex passionis eius meritis quippiam realiter & reuera accipimus: Sacerdotes vero nihil suum dant, sed œconomorum ac dispensantium instar, bona & thesauros Iesu Christi nobis communicant ac clargiuntur, quibus & ipsimet suis in rebus & conscientia propria opus habent.

Tertio, quod Christus vt homo, non modo delictorum remittendorum, sed Sacramentorum etiam instituendorum, per quæ delicta tollerentur, potestatem habeat: quod excellentissimæ sane perfectionis est, & superabundantem gratiam spectat. Certissimi enim potestatem potestatem Sacramenta posse instituere, aut noua inducere, vt pote quorum institutio pure & simpliciter ad Deum spectat: quin imo ne vniuersa quidem simul Ecclesia nouum condere Sacramentum, quo nempe ex opere operato, ita institueret, gratia conferatur, di, per quæ posset remitterentur.

Quarto, clauis & potestas Christi ceteras omnium clauis & Ecclesiæ ipsius potestates excellentia & perfectione in eo antecellit, Christi Sa- quod scilicet Sacramenti effectum, etiam camentis ipsum non adhibendo, conferre posset; eius- alligata nõ que potestas ad omnia se extendens, Sacra- erat. mentis alligata non esset, neque ab eorum vfu exercitiove dependeret, quo sane omnium Præsulum & Ecclesiæ Ministrorum potestas, & iurdictio non pertingit, qui sine Sacramentorum, quæ sola gratiæ instrumenta sunt, & canales a passionis fonte dimanantes, ad sanguinem & merita Iesu Christi inter fideles distribuenda & communicanda, vfu circa peccatores, & in foro conscientiæ nihil penitus agere possunt. At filius Dei abluere peccatorem sine aquis Baptismi poterat, sine Sacramento poenitentiae peccatum tollere, ad esset modo contritio & verus de commissis dolor: satisfactioem quoque non exigere poterat, quod ipse pro mundo vniuerso esset moriendo satisfacturus. Hinc quoties gratiam cuiuspiam conferebat, & delicta remittebat nunquam poenitentiam alicui iniunxit. Hinc & Magdalenam peccatricem in misericordie suæ sinum admittens, illi dicitur ait: *Minister vade in pace, fides tua te saluauit.*

Duæ Ecclesiæ clauis denotant duplicem potestatem ordinis & iurisdictionis.

Differentia inter clauis Christi, & clauis Episcoporum & Sacerdotum.

Sacerdotes dispensatio res sunt bonæ

nomine Christi.

Christus potestatem habet remittere peccata, & Sacramentum instituit.

Potestas alligata nõ erat.

L. MC. 7. saluauit

Joan. 8.

saluam fecit. Hinc & apud Ioannem adulteræ delictum condonans, Vade, inquit, & amplius noli peccare. Exitum non inuenirem, si omnia clauium harum diuinatum indagare mirabilia vellem; abrumpendum ergo filium, quo causas nostras, quas ante cœpimus, profsequamur.

Quarta festi huius instituenti ratio. Primus Petri Pontificatus Antiochiæ fuit institutus.

Quarta & vltima celebrandi festi huius ratio late patet, multasq; & varias considerationes comprehendit; inter quas prima fit, vt scilicet primi S. Petri Pontificatus Antiochiæ sedem ac iussu Romam transtulit, vt quæ vniuersi terrarum orbis regina & caput erat imperio, primaria quoque magistra, & capitalis esset inter Ecclesiasticas; & quo mundi totius moderator, Imperator, inquam residebat, eodem Ecclesiæ vertex & Pontifex loco commoretur: & quo omnes eius deinde successores continuè inuicem serie, sine interruptione succedentes, hætenus commemorati sunt, & ad sæculorum vsq; consummationem posthac sedem sint habituri. Secunda, quod Antiochiæ, post S. Petri patriarchatum & sedem institutam, fideles & in Christum credentes, illustri Christianorum primum sint nomine donati. Tertia, quod tonsura & corona sacerdotalis eadem in vrbe, idq; ad Apostolicum exemplum, ortum & originem habuerit, idq; hac occasione. Cum enim hunc Ecclesiæ principem Antiochiæ ethnici in vincula coniecissent, illi in Iesu Christi, quem suum esse magistrum & caput ipse confitebatur, contumeliam & opprobrium, capitis verticem raserunt: quo cognito fideles, hanc capiti suo spiritali illatam iniuriam indigne ferentes, vt huius ignominie aliquatenus redderentur participes, ad eundem plane modum comam raserunt. Exinde idem hoc ipse Petrus signum gestare voluit, gloriæ sibi ducens & honori, quod velut iniuriam & probrosum Christi hostes irrogarant, atq; hinc continuo res hæc in vsu manit, & apud Sacerdotes & Ecclesiæ Ministros consuetudinis & legis inuolabilis vim obrinuit. Quarta, in memoriam Messia

à D. Petro primum Antiochiæ in Pontificali- bus & debita solemnitate celebratæ & cantatæ, vti Ioannes in Asia, Iacobus Hierosolymis, S. Marcus Alexandria primum sacra mysteria celebrantur. Hæ sunt ergo festi huius celebrandi & instituendi causæ ac rationes.

Caterum, vt quæ mores spectat, nonnulla proferamus, Auditores, quemadmodum hodie cathedram & exaltationem S. Petri consideramus & admiramur, cōsideremus & eadem opera nostram. Intueamur inquam honorem, quo nos Deus opt. max. exornauit & quousq; nos euerit, dū nos è peccati mancipiis filios suos effecit adoptiuos, & à scelerum voragine ad celestem beatitudinem ex-

S. Petrus prima Antiochiæ sacra celebravit. Considerationes morales.

Hominis exaltatio, nam vt Apost. ait, *Qui facit peccatum, seruus est peccati.* & alibi: *Qui facit peccatum ex diabolo est.* & è contra, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* De hac exaltatione iam tum Moyses tempore scriptum legimus in Deuteronomio, *Dominum Deum tuum hodie elegisti, vt sit tibi Deus, & ambules in viis eius, & elegit te hodie Dominus, vt sis ei populus peculiaris, & faciet te excelsoiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem & gloriam suam &c.*

Sed nostram ipsi exaltationem procuremus, & nos ipsi exalcemus, à terra iustollamus, caput erigamus, & sensus, cœnosa illa volubra & limosas paludes deseramus, cogitationes nostras sublimemus, alta & montana conscendamus, cœlestia sapiamus & gustemus, iisq; oblectemur, vt quas terra propinat molestias & morositates, iis diluamus. Hæc porro exaltatio fiet, si honestum quoddam & laudabile vitæ genus amplectamur. Fiet inquam, si electionem hanc regiam Dauidis imitemur, dicentis, *Elegi abiectus esse in domo Dei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum;* aut illam castæ matronæ Susannæ, *Quid eligam ignoro, melius est mihi incidere in manus hominum, quàm derelinquere legem Dei mei.* Fiet quoque, si Spiritus sancti radiis illustrati, & tacti intrinsecus, oculos mentis ad aperire incipimus, quibus vitam nostram intueamur, bonū ac malum consideremus, cœlestia ac terrena contemnemur, cœlicas delicias, & tartari supplicia inter se comparemus, deniq; mundi huius voluptatum breuitatē cū duratura suppliciorum, & pœnarum æuitate

Exaltatio spiritualis est homini necessaria.

Psal. 83.

Dan. 13.

Christiani Antiochiæ primunt fideles dicti, Antiochiæ primū cepit tonsura clericalis.

nitare in altero conferamus. Quibus inter se omnibus collatis, videamus, vtrum eligere velimus, electum vero sequamur, sequentes autem diuinæ iustitiæ vias ingredi stituamus, idq; imitatione eius, qui dicebat,

Psal. 118.
Exaltatio
per bona o-
pera.

Iuram, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.
Electio huius egregiæ exaltationem sequatur & altera per bona opera, exaltemus ergo nos, & ad perfectionis apicem conuitemur, incipientium tyronum & discipulorum ludo iam egredi festinemus, quo priuilegiis ipsis potiri incipiamus, & veluti perfecti magistrum in virtute progrediamur. Fiet hoc, si heroica magnitudine animi, & generosa quadam mente, manum operi admoemus; fiet, si vis quadam & impetus feruens sancta sequitur exercitia, si languor omnis & tepor fugatur; sed si è contra in rerum piarum prosecutione omnia allaborant, omnia conuitemur, ardent omnia, & flagranti quodam conatu effervescent. Hæc porro nostri supra nos ipsos exaltatio tum demum fit; quando communem populi agendi viuendiq; rationem transcendentes satis nobis haud est, si communi quodam amore Deum prosequamur, & ordinaria in eo diligendo via procedamus; sed pro eo ac possumus, pro virili, toto conatu & contentione, excessu quodam discreto, extraordinaria quadam ratione, cum Sapiente dicentes: *Magnificani opera mea, & cum Psalme; In mandatis eius uolet nimis.* Hoc sc. opus suum, cor, amorem, & omnem animi motum eleuare & extollere, facere nimirum plura quam iubeat Deus.

Eccles. 2.
Psal. 125.

Exaltatio
spiritualis,
quæ fit passione.

Rom. 8.

Duo hæc exaltationis genera parui sane momenti non sunt, sed est & tertia, quæ prioribus non est inferior, quæ scilicet in patientia & laborum & aduersitatum tolerantia & passione consistit: passione inquam, quæ eiusdem plane generis est cum illis, de quibus loquitur Apostolus: *Non sunt condigna passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Hoc porro modo exaltamur, dum conflictibus quibusdam & exercitiis, quæ aduersitatum & aliarum rerum ex se dolorem incutientium & grauium, passioni tolerantia quæ æquipollent, exercemur, de hac exaltatione loquebatur Iob, cum diceret: *Suspensum elegit anima mea, & ossa mea mortem.* Vbi enim intentio & impetus spiritus terram

Iob. 8.

deserens in altum se librat, tum corporis ossa confringuntur, & omne carnis robur emortitur: dum vero quis se supra humana extollit, & quadam mentis alienatione, à terrenis se abstrahens, ad diuina se euehit, an non pendet, aut saltem suspenditur à terra in aerem, intra nubes, quin imò intra cœlestia domicilia habitans?

Sic igitur, sic inquam, Christiani, in terra nos humiliemus, ut in cœlis exaltemur, ita S. Petro in Ecclesia militante docenti aures præbeamus, ut per eius doctrinam in triumphantem recipi mereamur; ita eum in hoc mundo colamus & honoremus, ut in altero nos agnoscat & admittat: ita ipsum eiusque successores in mortali hac vita sequamur fideliter, ut æternam nobis ianuam aperiat. Deniq; ita eum in terra oremus, ut quo in cœlo preces nostræ admittantur, & in æterna tabernacula animæ nostræ suspiciantur efficiat.

Te vero iam compellamus gloriose Apostolorum princeps, supreme fidelium Pastor, generalis Filii Dei in terris Vicarie: tuum duntaxat honorem spectamus, tuam non nisi gloriam quærimus, tuam tantummodo sedem agnoscimus, tuum solum Pontificatum magnificimus, tuam deniq; tantum auctoritatem & primatum in terra deprædicamus: nostra quoque obsequia semper tuum in honorem cedere, & offerri optamus. Tuæ ipsi ones sumus, magne gregis Christi Pastor, tuam sequimur doctrinam, summe rotius vniuersi Doctor, in tua solum claritate viuimus, illustris orbis Sol. Numquam, o solida & incoccussa fidei petra, immobilis religionis columna, veritatis fulcrum, magne Atlas Ecclesiæ polos humeris tuis fulciens, ab hac fide, ab hac potestate, ab hac prærogatiua, ab hac denique cathedra diuellemur! O vere illustris & regia cathedra! ipsa scilicet regius Salomonis nostri thronus, præsidialis Christianissimi sedes, fidelium schola, Pontificum tribunal, hominum simul & Angelorum Academia, orbis totius prima Rudimenta, ipsa veritatis arx, religionis propugnaculum, mendacii mors, Euangelii vallum, pietatis fomes, telorum excommunicationis fabrica, bilanx denique & lapis lydius, ad quem hæreses examinantur.

Exhortatio
moralis.

Egregia ca-
thedra S.
Petri epi-
theta,

Te

Te porro S. Petre, qui hac in cathedra fedisti, præfediti, & imperasti, qui ex eadem gentes docuisti, infideles fidei asseruisti, & idololatrias erroris coarguisti, obsecramus, vt hanc nauim regere, in hoc influere corpus, hanc auctoritatem conseruare, hunc principatum, & monarchicum statum tueri non desinas. Tuos, ô magne Jesu Christi Vicarie, adhuc oculos in Ecclesiam eius conice, respice tuos successores; & qui eandem ad dignitatem assumuntur, tuo eos fauore prosequere, benedictione reple, nosque omnes precibus & orationibus iuuas; & præsta, vt intercessionum tuarum & suffragiorum adminiculo & ope, postquam hic in terra te in cathedra coluerimus, digni fiamus, qui in æternæ gloriæ throno in regno te colorum conspiciamus: ad quam Deus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus omnes nos perducere dignetur, Amen.

IN FESTO S. MATTHIÆ APOSTOLI.

Partitio.

1. De natura nihil frustra agente.
2. De superbia abominanda & virtute opposita.
3. De electorum prædestinatione malorumq; reprobatione.
4. De proditore Iuda variis figuris designato.
5. De quatuor eius sceleribus & vocatione ad Apostolatam.
6. De Matthiæ electione sorte & quid fors.
7. De eius sanctitate, & inde colligenda.

Cecidit fors super Matthiam; &c. Act. 13. 7.

FIGURA.

Leuit. 16.

Meminit Leuiticus, qui liber verum cæremoniarum & antiquitatum Mosaiicarum theatrum vocari potest, duorum hircorum; quibus coram Domino ad ostium tabernaculi testimonij simul oblati, & for-

tibus super vtrumque iactis, vnus Domino immolabatur, alter in desertum emittebatur. Quod olim apud veteres in figura contigit, id ipsum vere in Ecclesia deinde videmus accidisse. Videas enim hic non iam duos hircos, sed agnos tenellos, duos inquam homines iustos & sanctitate conspicuos, S. Matthiam, inquam, & sanctum Iosephum cognomento Barsabam, Deo quodammodo in Ecclesia sisti, & fortibus commissis, vnū, id est, Barsabam, Domino quodammodo sacrificari & immolari, vt pote super quem fors non cecidisset; alterum vero, Matthiam, in Apostolorum cœtum cooptatum, & in Iudæa proditoris ac scelesti locum surrogatum, foras in desertum velut emitte, cum scilicet ad Apostoli munus electus, ad Gentium desertum, & remotam, & inquam idololatriarum solitudinem destinatur. Sublime hoc arcanum est, & adusq; diuinæ prædestinationis adita pertingit. Quod vt perspectum aliquatenus habeamus, oculos mentesq; cœlo obuertamus, Spiritus S. gratiam implorantes, Deiparæ Virginis suffragia ad hanc impetrandam adhibendos, quam ideo omnes in genua prouoluti supplices inuocemus:

AVE MARIA.

Cui non admirationem moueat, quod nihil omnino in rerum natura corrumpatur, Natura nihil vult auti locum succedat. Adeo quippe ipsa prouidamittere. & in rerum suarum directione sagax est, vt, cum nihil amittere è suis velit, dum hinc aliquid aufertur, mox aliud sibi comparat, & de nouo producat. Quam prudentem eius œconomiam, perspicientes & demirantes Philosophi veteres, hoc eiusdem rei occasione axioma concinnarunt, *Corruptio vnius est generatio alterius.*

Experientia doctrinæ huius ad oculum nemini non passim patet. Videmus enim statim ac quatuor illæ vniuersi prædatrices, quatuor, inquam primæ qualitates, inter se contrariæ & oppositæ, omnia in rerum natura destruunt, & corrumpunt; prouidam hanc œconomiam velut superueniendo præ-

Quatuor primæ qualitates sunt causa ruinæ rerum naturalium.